

Liber

Patet ora liguriæ inter amnes uarum & macram. ccxi. M. pas. Adhuc situr septimæ in qua heturia est ab amne macra: & ipsa mutatis sœpe nominibus. Vmbros inde exegere antiquitus pelasgi. Hos lydi: a quorum rege tyrrheni. mox a sacrificio ritu lingua græcorum tusci sunt cognominati. Primum he- truriæ oppidum luna portu nobile. Colonia luca a mari recedens: propriorg ipsa inter amnes Aelerē & arnum orta a Peleope pisilq: siue a tenucanis græca gente. Vada uolateranea: fluuius cecina: populo nium hetruscorum quondam hoc tantum in littore. Hinc amnes prille: mox umbro nauigiorum ca- pax: & ab eo tractus umbriæ portusq: telamon: cosa uoltientum a populo Ro. deducta grauisce castre nouam: pyrgi: cæretanus amnis: & ipsum cæte. Intus mil. passibus quattuor agillam a pelasgis condi- toribus dictum alsium: phregune. Tyberis amnis a macra. cclxxxviii. Mil. pass. Intus coloniae falisca ar- gis orta ut auctor est Cato quæ cognominatur hetruscorum lucus. Coloniae rusellana: senensis: curto na: decætero aretihi ueteres: aretinis fidentiores: aretinis iulienses: amitinenses: aquenses cognomine tau- xini: blerani: cortonenses: capinates: clusini noui: clusini ueteres: fluentini præfluenti arno appositi: fe- sole: ferentini: fescennia: hortanum: herbanum: nepeta. Nouem pagi præfecture claudiae. Foro Clo- dii: pistorum: perusia: suanenses: saturnini qui ante aurinini vocabantur: sudertani: statones: tarqueniæ ses: thuscanienses: uetulonienses: ueretani: uesentini: uoleterani cognomine hetrusci: uolscinienses in eadem parte. Oppidorum ueterum nomina retinent agri crustuminus caletranus. Tyberis antea Ty- bris appellatus: & prius albula e media fere longitudine apennini finibus aretinorum profluit: tenuis primo nec nisi piscinis corriuatus: emisusq: nauigabilis: sicuti tinia & glanis influentes in eum noue- norum ita conceptu dierum si non adiuuent hymbres: sed Tyberis propter aspera & confragosa. Ne sic quidem preterquam trabibus uerius quam ratibus longe meabilis fertur p. c. l. Mil. d. non procul tiferno perusia & otriculo: hetruriam ab umbris ac sabinis: mox citra. xiii. Mil. passib. urbis ueientem agrum a crustumino: dein fidenate: latinumq: a uaticano dirimens. Sed intra tiniam & glanum duo- bus & xl. fluuiis austus: precipuis autem nare & anieue: qui & ipse nauigabilis. Latium includit a tergo Nec minus tamen aquis ac tot fontibus in urbem perductis. Et ideo quamlibet magnarum nauium ex italo mari capax rerum in toto orbe nascentium mercator placi dissimus. Pluribus prope solus q: cæteri in omnibus terris amnes accolitur aspiciturq: uillis. Nulliq: fluuiorū minus licet inclusis utrinq: lateribus: nec tamen ipse pugnat quamquam creber ac subitis incrementis: & nusquam magis aquis quam in ipsa urbe stagnantibus. Quin immo uates intelligitur potius ac mōitor audi semper religio sus uerius q: saeuus. Latium antiquum a Tyberi circeios seruatum est. M. passuum. l. longitudine. Tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis sœpe mutatis tenuere alii aliis temporibus. Aborigi- nes: pelasgi: archades: siculi: arunci: rutyli. Et ultra circeos uolsci: osci: ausones unde nomen modo la- tii processit ad lirin amnem. In principio est ostia colonia a romano rege deducta. Oppidum lauren- tum lucus solis indigetis. Amnis numitius. Ardea a Danæ Persei matre condita. Dein quondam aphro- disium antium colonia. Astura flumen & insula. Fluuius nympheus: clostra romana. Circeii quondam insula immenso quidem mari circundata si creditur Homero & nunc plane. Mirum est quod hac de re tradere hominum notitiae possumus. Theophrastus qui primo extenorum aliqua de romanis dili- gentius scripsit. Nam Theopompus autem quem nemo mentionem habuit urbem duntaxat a gallis ca- ptam dixit. Clitarchus ab eo proximus legationem tantum ad Alexandrum missam. Hic iam plusq: & fama circeiorum insulæ & mensuram posuit stadia. lxxx. in eo uolumine quod scripsit Nicodoro atheniensium magistratui: qui fuit urbis nostræ. ccclx. anno. Quicquid est ergo terratum propter. x. M. pas. prope ambitus adnexum insulæ. Post eum annum accessit italiae aliud miraculum. A circeis pa- lus pontina est quem locum. xxiii. urbium suisse Mutianus ter consul prodidit. Dein flumen usens su- pra quod tarracina oppidum lingua uolscorum anxur dictum. Ibi fuere amyclæ a serpentibus deletæ. Dein lacus fundanus: caieta portus. Oppidum formiæ antiqua læstrigonom sedes. Ultra fuit oppidū pyræ: colonia minturnæ lyri amne diuisa glanico appellato. Sintessa extremum in adiecto latio quā quidam dixerunt sinopem uocitatem. Hinc fœlix illa campania est. Ab hoc sinu incipiunt uitiferi col- les & temulentia nobilis succo per omnis terras inclyto atq: ut ueteres dixere somnum Liberi pa- tris cum Cerere certamen. Hinc setini & cecubi obtendunt agri. Iis iunguntur falerni caleni. Dein consurgunt massici gaurani surrentuniq: montes. Ibi laborini campi sternuntur & in delitias alicæ politur mensis. Hæc littora fontibus calidis rigantur præterq: cætera in toto mati conchylio pisce nobili annotantur. Nusquam generosior oleæ liquor. Et hoc quoq: certamen humanæ uolupta- tis tenuere osci græci umbri tusci Campani In ora sauo fluuius. Vulturnum oppidum cum am- ne. liternum cumæ calcidensium misenum portus baiatum bauli lacus lucrinus & anerius. Ju- xta quem cimerium oppidum quondam Dein puteoli colonia dicæarchia dieti potesque phle- græi campi. Acherusia palus cumis uicina. Littore autem hoc neapolis chalcidensium & ipsa parthenope a Tumulo Syrenis appellata. Herculanium Pompeii haud procul expectante.